



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

12 Annone prouidere. v. sig. 50.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

ptiorū spadones turpiter interemerunt. Ach<sup>a</sup>  
Regis vxor Iez<sup>a</sup> abel à canibus deuoratur. (4. Reg  
9.) Balthasar vna nocte & regno, & vita exi-  
tur. (Dan. 3.) Idem Assuero accidisset, nisi con-  
rationem ministrorum Mardochæus detexisse  
(Heft. 2.) De aliorum Regum & Principum re-  
pentino & inopinato interitu, & de pœnitis am-  
bit. (Iulij Cæs. Iuliani, Heliog. &c.) consul  
Theatrum historicum: vide etiā versus Mapha  
Vegii post Virg. de Turno & Aenea:

*O fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri, &c.*

## SIGNVM XII.

*Annona  
providere.*

**ANNONÆ PROVIDERE, ET CV-**  
*rare ut necessaria ad victum ciuibus  
non defint.*

1. **A**ntoninus Pius & M. Antoninus, in pen-  
rijs triticum, oleum, vinum, & hum-  
modi magno pretio empta vili populis erog-  
bant & quandoque donabant.
2. **T**iberius Cæsar in communibus calamiti-  
bus pestis, incendij, vel inopiæ proprijs pecun-  
iis opem ferebat. Tacit. 4. Ann. num. 25.
3. **T**heophilus Imp. Conſtantinop. vxorem habu-  
admodum auaram, vt quæ mercaturam eti-  
tam terra, quæ n̄ mari exercuerit. Accidit vt lo-  
perator per fenestram prospectans ingentem  
neriarium in portum appulsam conspicatus, mi-  
fo puero cuianam ea effet, vnde veniret, & quæ  
merces veheret percunctari iuberet. Vbi ve-  
intellexit vxoris tam nauem, quam merces ei  
dicitur.

Acha  
+ Reg  
a exu  
conne  
existe  
cum te  
nis am  
consul  
Mapha  
C.  
  
n pen  
x hum  
s erog  
  
amitai  
pecuni  
  
n habu  
n etiu  
it vt lo  
entem  
tus, m  
& qu  
audit  
bi ve  
rces e  
naue  
  
nautis mandauit, ut statim quæ sua essent quisq;  
exportarent: quo facto, igne iniecto, nauim, &  
quidquid in ea erat, comburi iussit, vxorem, quæ  
hæc spectabat, austero vultu sic affatur: *Me Deus  
Imp. fecit, at tu nauclerum & mercatorem face-  
re me sat agis. Tu scito subditorum nostrorum esse  
mercaturam execere, & victimum inde querere:  
quod si nos totius Imperij redditibus non contenti,  
etiam mercatura vtilitates ad nos rapiamus, unde  
subditi nostri & vitam sustentabunt, & tributa no-  
bus soluent?*

4. Erat ( ait Maiolus in Diebus Canic. sub finem  
1. partu.) paucis abhinc annis *Storax* Neapolita-  
nus ciuis delicatus, fastuosus in illa vrbe anno-  
næ p̄fectus: quem cūm non bona fide munus  
suum exercere plebs famis impatiens putaret, ir-  
ruit in eum: ipse verò aufugiens, in æde S. Augu-  
stini sepulchro seipsum abdidit, sed tandem in-  
uentus, & lapidibus sauciatus, extraclus, in fru-  
stra totus discerptus à furente plebe est, adeò ut  
eius sanguinem non pauci lamberent. Propterea  
edidimus hoc carmen:

*Storax, qui vinens subiit sepulchrum,  
Mirum, defunctus caruit sepulchro.*

*De Herode*  
vide Is-  
sep. lib. 5.  
cap. 12.

5. *Basilios Maceo* Imp. ciues quosdam tristes  
conspicatus, moestitia caussam rogauit. Qui in-  
trepide Imperatori: *O Domine, responderunt,*  
*quidni tristemur, qui morte nostram ac liberorum*  
*presente oculis videmus, cùm duos modios frumenti*  
*aureo uno mercari cogimur, & cùm iam pecunia*  
*deficiat, minquid propediem deficiet & vita? His*  
*auditis Rex ingemuit, & pecunijs moerore dis-  
soluit. Tū eos, qui civilib⁹ p̄fecti erāt negotijs,*  
*quod tācē iudigēti⁹ se nō fecissent certiorē, Ma-*  
*gillra-*

gistratu amouit, ac dignitate priuauit. Cuius in  
tinam in omni Rep. Magistratus, qui rebus ven-  
dendis & emendis, tum ad cultum, tum ad vici  
necessarijs præsunt, ne quid ad sufficientiam vi-  
tae decesset, ex fide & officio prouiderent, & me-  
gistro fori, seu rerum venalium curatores, cur-  
rent, ut omnia sine fraude venalia exponerentur  
& iusto pretio emerentur.

Theophrastus in libris de leg. ostendit Ago-  
nomis apud Athenienses duo præcipue curare  
fuisse, ut omnia in foro compositè citraq; tum  
tum agerentur, deinde ut abstinerent à mendac-  
iis non vendentes modò, sed etiam ementes.

### SIGNVM XIII.

*Artium  
professores  
bonorare.*

ARTIVM, BONARVM PROFES-  
SORIBUS HONORES & STIPENDIA PRONUN-  
TIARE & CURARE.

1. M. Aurelius Antoninus Imp. cognomen  
Philosophi gloriōsus, Philosophos in pae-  
sibus habuit, in urbe Atheniensi Docto-  
res omnis doctrinæ annua mercede concur-  
constituit, ad omnium gentium utilitatem.  
& Xiphil.

2. M. Antoninus Pius Imp. antecessor prædi-  
Phiologi Rhetoribus & Philosophis non li-  
lum annua salario, sed & honores per omnes  
Provincias decreuit. Quos autem otio abutie-  
nebat, eis salario a publico præberi vetuit, nisi  
iniquius esse dicens, quam in eos Remp. esse  
neficam, qui nihil ipsi in Remp. conferrent  
boni.